

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXXXV. Introitus paret brevissimos, eosque brevi voto praemisso, ab exemplo
vel dicto pathetico, non vulgari & ubivis extante, textui vel tempori
conveniente desumat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

LXXXV.

Introitus paret brevissimos, eosque brevi voto præmisso, ab exemplo vel dicto pathetico, non vulgari & ubivis extante, textui vel tempori conveniente desumat.

Ἐξήγησις.

SCIREPINDARUS, Lyricorum princeps, Olymp. VI. inquit; ἀρχομένους ἔργα πρὸς ὧπον καὶ θή-
μεν τῆ λαογέας, *Ausspicantes opus, frontispicium*
debet facere longè splendidum. Hinc rectè
Veteres Conciones suas pio aliquo voto exor-
diri solebant, quod quasi *Pra-Exordium*, sive
accessus ad Concionem erat. Voti autem for-
mula non erat uniformis. Alii adhibeant Sa-
lutationis formulam Apostolo Paulo in omni-
bus ferè Epistolis (excepta illà ad Hebræos) so-
lemnem, quæ & S. Petrus in utraqve Epistolà &
Johannes in secundà & Judas utitur; *Gratiā*
vobis & pax à Deo Patre & Domino nostro Jesu
Christo. Cui olim totus cœtus respondit clarà
voce, καὶ τῷ πνεύματι ἴσως, *Et cum Spiritu tuo*
Constitutiones Apostolicæ, quæ *Clementi Ro-*
mano tribuuntur, (quas tamen non ab ipso scrip-
ptas, vel saltem ex quo scriptæ sunt, turpiter
macu-

maculatas, depravatas & corruptas fuisse, cum ex ipso libro, tum ex Patrum testimonio & ad-
 varfariorum confessione liquido patet,) Lib.
 IIX. cap. 4. aliam habent optandi formulam,
 nim. hanc; *Gratia Domini Dei nostri Jesu Chri-
 sti, & Charitas Dei Patris & Communicatio Spi-
 ritus s. sit cum omnibus vobis, Amen!* Quæ salu-
 tandi plebē formula tempore *Chrysostomi* in
 usu fuerit, indicat ipse *Hom. III.* super Epist. ad
 Colos. inqviens, *Statim atq. Episcopus temp. ū
 ingreditur, dicit; Pax omnibus; Quando Conci-
 onē incipit; Pax omnibus! Quando benedicet;
 Pax omnibus.* Optatus Milevitanus Appēdice
 lib. VII. eundē populū salutandi morem refert
 his verbis; *Non incipit aliquid Episcopus ad po-
 pulū dicere, nisi prius in nomine Dei populum sa-
 lutaverit. Similes sunt exitus initis, omnis Tra-
 ctatus in Ecclesia in nomine Dei incipitur, & e-
 jusdem Dei nomine terminatur, Vide D. Hilde-
 brandum Dissert. de Concion. Veter. cap. III.*
 § 20. Cæterum differt *Introitus* sive *Præam-
 bulum* (quod aliquibus dicitur Exordium re-
 motum) ab *Exordio* proprie sic dicto; (sive pro-
 pinquo) *Introitus* textus prælectioni præmit-
 titur, & paucioribus absolvitur, *Exordiū* textui
 prælecto postponitur, & quoddammodò plu-
 ribus expeditur. Est autem *Introitus* vel com-

munis

*munis & fixus seu status, ad quavis Concione applicari solitus, vel specialis & mutabilis, textui vel themati ac scopo concionis, vel tempori praesenti accommodatus. Communis & fixus Introitus iisdem semper verbis ac formulis constat, estq; in plurimis Civitatibus usitatus, h. e. Inchoatur Concio à brevi voto vel prece-
 ratione solemni, quæ non variatur, sed semper eadē in omnibus vel plerisq; concionibus retinetur, causaq; conventus exponitur &c. In diebus tantum Festis, atq; in Concionibus Inauguralibus, Nuptialibus, Funebribus, aliisq; extraordinariis, aut quando de peculiari aliquo themate concio habenda est, Introitus interdum variatur. Hodie verò in quibusdam locis in omnibus Concionibus Introitus sive Proemii variatio sit, non sine gratiâ & applausu auditorum. Et sic Præambulum, quod vocatur speciale & mutabile, est vel esse debet instar clavis & summæ totius concionis sequentis. Continet enim dictum aliquod breve, concinnum & emphaticum ad præsentem solemnitatem, vel thema explicandum accommodatum, atq; ita comparatum, ut memoriâ audientis juvare & attentionem excitare possit. Formulæ præambuli variantes sunt
 parva quedam concio è quâ auditor colligere potest*